litanum tribus reliquis Patriarchis Orientis: Chalcedonenſe i *ob eundem Rom. Pontifici æquatum: Baſilienſe,* k *vt &* l *Conſtantienſe, quòd communi conſenſu ſtatuit Conciliū eſſe ſupra Papam. Quem (vt hoc obiter notemus) Angelus de Clauas.* m *& plerique* n *Canoniſtæ, in fide etiam certò errare poſſe, aſſerunt: atque ita ſimul eundem in hæreſin incidere poſſe affirmant. Quandoquidem (vti Gloſſ. ap. Gratian.* o *habet) titubans in fide, falſi aſſertor, & à fide (securè præſertim ac pertinaciter) deuians, ſit & dicatur Hæreticus. Similiter Pontificem etiam vt Pontificem, poſſe eſſe hæreticum, & docere hæreſin, & de facto aliquando accidiſſe, Nilus, & aliquot Pariſienſes, vt Gerſon, & Almain, nec non Alphonſus de Caſtro, & Adrianus* VI. *Papa, ſtatuunt, teſte* p *Bellar. qui etiam ipſe* q *Pontificem poſſe eſſe hæreticum, negando aliquam veritatem anteà definitam, apertè concedit. Quod ipſum inſuper exemplis pluribus, quæ in ipſiſmet Scriptorum Pontificiorum monumentis extant, euidentiſſ. comprobari poſſit. Pauca nunc paucis attigiſſe ſufficiat. Marcellinus Papa* r *idolis ſacrificauit. Liberius* ſ *Arianæ hæreſi conſentiens ſubſcripſit. Cœleſtinus* t *Neſtorii fuit hæreſi infectus. Athanaſius 2.* u *fauit Neſtorianis; hæreticiſquè communicauit. Honorius* x *fuit Monothelita. Syluester 2.* y *Magus; & Diabolo per homagium deditus. Joh. 22.* z *reuera ſenſit, vt loquitur Bellar. animas non viſuras Deum, niſi poſt reſurrectionem. Joh. 23.* zz *negauit vitam futuram, & carnis reſurrectionem. Similiter & reliqui parùm probi Pontifices fuerunt, fatente id ipſum Bellar. Præfat. in Lib. de S. Pontif.*

i Id. ibid. Id. l. 3. de Laicis c. 20 §. Ad hoc vlt.
k Id libr. 2. de Concil c. 11. §. Tertiò.
l Ibid c. 13. §. Deinde.
m In Summâ Angelic. ſub Voc Papa.
n Gloſſ in Diſt 40. c. Si Papa. & Diſt. 19. c. Anaſtaſius. Et c Ita Domin9 Glo. in c. 24. q. 1. c. A rectâ.
o Ibid. in c. Apertè.
p Bellar. lib. 4. de Rom. Pont c 2 §. Secunda.
q Id. ibid c. 7. §. Reſp primò
r Diſt. 21. c. Nunc autem. Et Faſc. Temp. ſub A. C. 284.
ſ Faſc. Temp. ſub A. C. 354. Et Bell. de vtroque: lib. 4. de Rom. Pont. cap. 8 §. vlt. Et cap. 9 § Deniq;. & ſeq.
t Laur. Valla contr. Donat. Conſtant.
u Faſc. Temp. ſub A. C. 484 Diſt 19. cap. Anaſtaſius. Et Gloſſ. ibid.
x M. Canus ap. Bellar. l. 4. de Rom. Pont. c. 11. §. 1. & ſeq. Id ibid. l. 2. c 30. § Tertia opin.
y Platin. & Faſc. Temp. in vitâ eius ſub A. C. 1003.
z Bell. l. 4. de Rom. Pont. cap. 14. §. Trices. ſextus. Et §. Reſp. inprimis.
zz Concil. Conſtantienſ. Seſſ. 11. vt cit. ap. Bell. ibid § Trices. ſeptimus.

XXI.

Finis Eccleſiæ.

FINIS 8 Eccleſiæ, eſt illuſtratio laudis glorioſæ gratiæ diuinæ: *Epheſ. 1. 6. 12. 14.* FINIS verò ω, eſt tùm Reproborum ἀναπολογία, *Rom. 1. 20.* tùm æterna Electorum Vocatorum ſalus. *1. Pet. 1. 3. 4. 5. 9.*

XXII.

Adiuncta.

ADIUNCTA Eccleſiæ, *Novi Teſt. potiſſimùm*, ex Symbolo Conſtantinop-